SCVTVM REGIVM

id eſt,

ADVERSVS OMNES REGICIDAS ET REGICIDARVM PATRONOS,

AB INITIO mundi vſque ad interitum PHOCÆ *Imp. circa annum ab Incarnatione* Domini 610. Eccleſiæ Catholicæ conſenſus *Orthodoxus.*

In tres Libros diuiſus, quorum

1. *Primus continet teſtimonia & exempla Sacræ Scripturæ vtriuſque teſtamenti.*
2. *Secundus Eccleſiæ Primitiuæ innocentiam, & erga Principes obedientiam, ſub decem grauiſſimis perſequutionibus.*
3. *Tertius Orthodoxorum fidelitatem in Hæreticos, & nefarios Imp. ab Imperio* Conſtantini *Magni vſque ad exitum* Phocæ.

Authore *Georgio Hakewill*, Sacræ Theologiæ Doctore è Coll. Exonienſi in Academia Oxon.

Excudebat ESAIAS LE PREVX,

1613.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA ... OA

ILLVSTRISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO, *DOMINO* HENRICO *INVICTISSIMI ET AVGVSTISSMI* IACOBI MAGNAE BRITANNIÆ, *Franciæ, & Hiberniæ, Regis filio natu maximo, Principi Vvalliæ,* Duci Cornubiæ, & Comiti Ceſtriæ.

DVo ſunt (flos & deliciæ Gentis Britanniæ, HENRICE PRINCIPES*) quæ me ad hoc penſum ſubeundum animârunt; vnum, quod nullum viderim Latinè ſaltem, hanc controuerſiam, huius æui maximam, hac methodo priùs euentilantem: alterum, quod neceſſarium duxerim, debere, multorum licet eadem repetentium linguas & calamos in ea, cum ſit tanti ponderis, diſcutienda deſudare, vt veneno antidotum longè lateque per venas Chriſtiani orbis graſſanti, eo velociùs & valentiùs poſ-*

SCVTVM REGIVM.

CAP. I.

De atrocitate Homicidij.

TRIBVS [a] diuerſis temporibus, ante Legem *Moſis*, in Lege *Moſis*, & tempore Legis Euangelicæ, ſub initium naſcẽtis Eccleſię, vetitum eſſe ſanguinis eſũ legimus; quo vehementius ſcilicet homines (vt rectè interpretatur antiquitas) ab humani ſanguinis effuſione deterrerentur. Nec mirum certè, cùm tanta ſit huius peccati enormitas, vt inter [b] quatuor *clamantia peccata* in ſacris codicibus, primum locum teneat; & poſt ipſum originale ſecundum, [c] *Vox ſanguinis, fratris tui clamat ad me de terra* (inquit Dominus ad *Cainum*:) ſiccinè vero? ſanguis vocem habet? & vocem clamantem? & clamantem de terra vſque ad cœlum? penetrantem nubes? & pulſantem aures Iehouæ? ita planè eſt, vt qui hominum fortaſ-

a Gen. 9. Leuit. 17. *Act.* 15.

b Gen. 18. *Exod.* 3. *Iud.* 5.

c Gen. 4.

ſis, vel